ΙΔΟΥ ΚΑΤΟΠΤΡΙΚΑ.

IDIS CATO-

A, ID EST ELEMENTA

, qua uniuersa speculorum uis atq; natura
rimum Græce, antehac nunquam in lucem
nc noua translatione per Conradum Da-
Latinam linguam translata.



R G E N T O R A T I

M. D. LVII.

CLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO VIRO DOMINO PHILIPPO MELANCHTHONI ACAdemiæ Vuittembergensis professori primario domino suo obseruandissimo Conradus Dasypodius.



N SVMMO APVD GRAECOS HONORE GEOMEtriam fuisse, eorum nunquam satis laudata scripta testantur. honos enim ut dicitur alit artes, & ad studia literarum incendimur gloria: quæ uero apud quosque improbantur, neglecta iacent. itaque omnes hanc discebant; nec satis doctrina excultus putabatur, qui non geometriæ esset peritus. Quare nihil mathematicis in Græcia illustrius. Thales namque Milesius primus in eam has disciplinas transtulisse dicitur: cuius doctrinã reliqui philosophi, cum et recepissent, & uariis inuentis additis mirum in modũ amplificassent, summo studio diligentiaque conseruarunt: ut nullus fere fuerit, qui nõ in hoc genere scientiarũ, præstare aliis uellet, sicuti fuit Mamercus Stesichori poetæ frater, Pythagoras Samius, Anaxagoras Clazomenius, Oenopides & Hippocrates Chii, Philolaus & Architas Tarentini, Plato Atheniensis: & ut summatim dicam, qui ea ętate uixerunt Philosophi, huic incumbebant scientiæ. siquidem nemo in album eruditorum fuit receptus, nisi mathematicis (geometria præsertim) disciplinis se exercuisset. idcirco tam familiaris harum cognitio eis fuit: ut pueris tandem hanc & alias disciplinas mathematicas omnes, prima elementa ad perfectam philosophiæ cognitionẽ consequẽdam, esse uoluerint. Opifices etiam uulgo ut pictores, Statuarii, Mechanici, Architecti geometriæ sciebant theoremata: iisque utebantur: imo eruditos libros scripserunt, ut de Appelle aliisque cõplurimis, apud Vitruuium legimus, & de Hierone mechanico certi sumus. Denique adeo diuturnitate temporis, semper confirmata, & unà cum sæculis ætatibusque hominum inueterata hæc sunt studia, ut qui se in erudito geometrarum puluere exercuissent, multis etiã postea temporibus, in summa apud omnes fuerint admiratione: & apud po

steros æternam laudem, atque nominis sui gloriam sibi compararint. Horum igitur uestigiis insistendum iis erit: quibus studia literarum curæ sunt: & ut à nobis sunt recepta: sic etiam in posterum autoritate eruditorum, & studio atque industria discentium cōseruanda cōfirmandaq́ue erunt. Quæ quidem doctissime uir, non quod de tua erga hæc studia beneuolentia, & amore dubitem scribo: sed ut, qui aut ignorantia, aut ignauia has contemnunt & aspernantur scientias, intelligant: omnibus temporibus geometriam in summo apud eruditos fuisse præcio: neque tantum ad philosophiæ cognitionem necessariam atque utilem esse habitam: uerumetiam maiores nostros, hęc studia, quia abunde magnas uitæ societati utilitates adferrent, idcirco coluisse: & hanc ob causam non immerito ex magnis beneficiis Dei mathematicæ disciplinæ à Gręciæ sapientibus, & maioribus cōstitutæ nominatæq́ue sunt. Quidquid enim magnam utilitatem generi humano adferret: id nō sine diuina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. quare diuinas scientias appellarunt, cum quod adolescentum ingenia exacuant: & celeritatem comprehendendi naturæ secreta efficiant: tum etiam quia multas artes hominum societati necessarias atque utiles producant. Et ut taceam de reliquis: geometria μηχανικὴν producit quæ uarias machinas ad usum totius rei bellicæ necessarias cōstruit: qualia multa diuino uir ingenio Archimedes excogitauit: quę Romanis Syracusas terra mariq́ue obsidētibus, magno nocumento atque formidabilia fuerunt. eadem illa ars uaria quoque organa ad usum uitæ necessaria conficit: de quibus scribit Vitruuius. γεωδαισία etiā ex fontibus huius scientię deriuata: agrorum, interuallorumq́ue dimensionem: locorum situm atque figuram: uiarum & itinerum terra mariq́ue distantias: differentias denique ponderum & mensurarum tradit ac explicat: aliaq́ue multa, sine quibus societas hominum & æquitas, conseruari non posse uidetur, inquirit. Præterea ὀπτικὴ ex iisdem geometriæ principiis orta, uarias apparentias demonstrat: atque uisu nostro tanquam lineis utitur: & ex eiusmodi radiis uisualibus angulos constituit: diuisa uero hæc est in eam quę proprio nomine perspectiua, Gręcis ὀπτικὴ dicitur: in qua causæ explicantur eorum quæ aliter quam sint apparere solent: ob ipsorum alios atque alios situs & distantias. Vt sunt lineæ æquedistantes,

ſtantes, quæ uidentur concurrere: quamuis nunquam concurrant. Poſtea in uniuerſam illam doctrinam κατοπτρικὴν ſpecularem dictã: quæ cuiuſcunq; generis radios fractos ſiue flexos perſcrutatur: quibus adhærent, & imaginum cognitio εἰκαστικὴ γνῶσις appellata: & umbrarum depictio: σκιογραφικὴ nominatur à Græcis: quæ diuerſitatem imaginum umbrarumq́; explicant: cur alia atq; alia imago umbráue, propter interuallum, aut eleuationem rei uiſæ, oculis ſpectantium exhibeatur. Longum eſſet profecto huius diſciplinæ mathematicæ, quæ per ſe cognitione eſt digna utilitatẽ recenſere: ac oſtendere, quantum eius perceptio rebus cõducat humanis: cum hæ ſubminiſtræ artes atque ſcientiæ: tantopere humano generi proſint: inter quas κατοπτρικὴ non infimum tenet locum: ideoq; & præſens libellus non in paruo habendus erit præcio: ab Euclide ſummo geometra conſcriptus: qui quamuis exiguus ſit, tamen & uirum acri ingenio, ſummoq́; iudicio præditum indicat: huiusq́; doctrinæ excellentiam nobis ob oculos ponit. Nam ut Ariſtoteles inquit ex ſubiecto & methodo, dignitas atque excellentia artium apparet. in hoc libello mathematicis demonſtrationibus, quibus nihil certius eſſe poteſt, de natura & proprietate lucis atque potentiæ uiſiuæ traditur: qua re nihil mirabilius, nihil præſtantius in hac naturalium rerũ conſideratione eſſe uidetur. ita uero ab autore conſcriptus eſt, ut prima tantum ac ſimpliciſſima huius ſcientiæ tractet elementa. Quoniam cum ſeptem tantum ſint ſpeculorum regularium genera: ad quæ cætera omnia referuntur: horum uarietatẽ uniuerſali doctrina, ad tria tantum reducit: quorum unum eſt planorum, alterum conuexorũ, tertium concauorum: plana unius ſunt generis, multæ tamen ac diuerſæ ſunt eorum formæ: conuexorum autẽ tria, pyramidale, ſphæricum, columnare: concauorum totidem. Horum omnium doctrina, etſi à ueteribus percepta, literisq́; tradita fuit: nihil tamen adhuc quod ſciam, in lucem prodiit: & uel temporum iniuria: uel eorum qui ante nos fuerunt incuria nobis ſunt erepta. Legimus enim Ptolemæum quinq; libris uniuerſam doctrinam ſpeculorum complexũ eſſe: & Archimedem ingenti uolumine Cœlius ſcribit de ſpeculorũ naturalium & artificialium natura ſcripſiſſe: atque hunc noſtrũ Euclidem elemẽta huius ſcientiæ (ut uidemus) tradidiſſe Proclus Dia-

dochus commemorat. Qui quidē libellus, cum ad manus meas peruenisset, operæ præcium me facturū putabam, si cum propter huius cognitionis excellentiam, tum etiam autoris nomen, in lucem ederem. Tibi uero clarissime uir dedicaui: quia & te plurimum amare disciplinas mathematicas scio: & aliis subinde horum studiorum auctorem esse intelligo. accedit quidem & illud, quod cum multi, non quia didicerint has scientias, sed admirentur: ad suscipiendum hoc genus studiorum alios hortari soleant: tu id facias, quia his artibus atque studiis instructus, de huiusmodi scriptis facillime iudicare: & quid γεωμετρικὸν quid ue ἀγεωμέτρητον sit perspicere possis. Has igitur primitias meorum studiorū, in tuum patrocinium recipias: ac mea studia tibi commendata habeas rogo: quod si has tibi cæterisq; eruditis probari intellexero: operam dabo, ut alios grecos mathematicos latine etiam loquentes studiosi habeant. Vale in Christo: quarto Idus Februarii.

M. D. LVII.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ Κατοπτρικά.

α. Ὄψιν εἶναι εὐθεῖαν, ἧς τὰ μέσα πάντα τοῖς ἄκροις ἐπιπροσθεῖ.

β. Τὰ ὁρώμενα ἅπαντα, κατ' εὐθείας ὁρᾶσθαι.

γ. Ἐνόπτρου τεθέντος ἐν ἐπιπέδῳ, καὶ θεωρουμένου τινὸς ὕψους, ὃ πρὸς ὀρθάς ἐστι τῷ ἐπιπέδῳ: γίνονται ἀνάλογον, ὡς ἡ μεταξὺ τοῦ ἐνόπτρου, καὶ τοῦ πρὸς ὀρθὰς ὕψους: οὕτω τὸ τοῦ θεωροῦντος ὕψος, πρὸς τὸ πρὸς ὀρθὰς τῷ ἐπιπέδῳ ὕψος.

δ. Ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐνόπτροις, τοῦ τόπου καταληφθέντος ἐφ' ὃν ἡ κάθετος πίπτει ἀπὸ τοῦ ὁρωμένου: οὐκέτι ὁρᾶται τὸ ὁρώμενον.

ε. Καὶ ἐν τοῖς κυρτοῖς ἐνόπτροις, καταληφθέντος τοῦ τόπου δι' οὗ ἀπὸ τοῦ ὁρωμένου εἰς τὸ κέντρον ἄγεται τῆς σφαίρας: οὐκέτι ὁρᾶται τὸ ὁρώμενον, τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐν τοῖς κυρτοῖς συμβαίνει.

EVCLIDIS KATOπτρικα seu Elementa eius scientiæ

quæ doctrinam speculorum tradit.

1 Visus est linea recta, cuius media omnia extremis conueniunt. Id est, media sic ex ęquo interiacent extremis, ut neq; sursum neq; deorsum extra tramitem extremorũ punctorum egrediantur.

2 Quæcunq; uidentur, per lineas rectas uidentur.

3 Quod si speculum in superficie plana positũ sit, & altitudo alicuius rei conspiciatur quæ ipsi superficiei planæ ad angulos rectos sit sita, tum proportionales erunt, ita ut quemadmodũ se habet recta quę est inter speculum et spectantem, ad rectam lineam quę est inter speculum & altitudinem ad angulos rectos erectã, sic etiam se habet altitudo eius qui cõspicit, ad altitudinẽ quæ ad angulos rectos superficiei collocata est.

4 In speculis planis occupato loco in quem perpendicularis à re uisa cadit: res quæ aliàs uidebatur, uideri non potest.

5 In speculis etiam conuexis, occupato loco per quem in centrum sphæræ à re uisa perpendicularis ducitur: res quę alias uidebatur, uideri non potest. Idẽ quoque in cauis euenit speculis.

ϛ Καὶ εἰς ἀγγεῖον ἐμβληθῇ τι, καὶ λάβῃ ἀπόστημα ὥς μηκέτι ὁρᾶσθαι τοῦ αὐτοῦ ἀποστήματος· ἐὰν ὕδωρ ἐγχυθῇ τῷ ἀγγείῳ, ὀφθήσεται τὸ ἐμβληθέν.

α Πρότασις.

Ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ἐνόπτρων, καὶ κυρτῶν, καὶ κοίλων, αἱ ὄψεις ἐν ἴσαις γωνίαις ἀνακλῶνται.

Ἔστω ὄμμα τὸ β, καὶ ἔνοπτρον ἐπίπεδον τὸ α γ, ὄψις δὲ ἀπὸ τοῦ ὄμματος φερέσθω ἡ β κ, καὶ ἀνακεκλάσθω ἐπὶ τὸ δ. Φημὶ δὴ τὴν ε γωνίαν ἴσην εἶναι τῇ ζ. Ἤχθωσαν γὰρ κάθετοι ἐπὶ τὸ ἔνοπτρον, αἱ β γ, δ α. οὐκοῦν ἐστιν ὡς ἡ β γ, πρὸς τὴν γ κ, ἡ δ α πρὸς τὴν α κ. τοῦτο γὰρ ἐν τοῖς ὅροις ὑπόκειται. ὅμοιον ἄρα τὸ β γ κ τρίγωνον, τῷ δ α κ τριγώνῳ. ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ε γωνία, τῇ ζ γωνίᾳ. Τὰ γὰρ ὅμοια τρίγωνα ἰσογώνιά ἐστιν.

Ἔστω δὲ κυρτὸν ἔνοπτρον τὸ α κ γ. ὄψις δὲ ἡ β κ, ἀνακλωμένη ἐπὶ τὸ δ. Λέγω ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ε θ γωνία, τῇ ζ λ. παρέθηκα ἐπίπεδον ἔνοπτρον τὸ

6 Si in aliquod uas iniiciatur quippiam, quod, sumpto aliquo interuallo distantiam eã habeat, ut uideri nequeat: ea manente distantia, si aqua infundatur uasi, id quod iniectum est uidebitur.

Propositio prima.

Ex speculis planis, conuexis, atque cauis, uisus, reflexionem faciunt in angulis æqualibus.

Sit oculus β, & speculum planum α γ. uisus autem qui ab oculo fit, sit β κ: reflectatur autem in δ. Dico quod angulus ε, æqualis est angulo ζ. Ducantur enim perpendiculares rectæ β γ, δ α, ad speculum planum α γ. Vt igitur se habet β γ, ad γ κ, sic se habebit δ α ad α κ. Hoc enim in definitionibus pro certo proponebatur. Triangulus igitur β γ κ similis est triangulo δ α κ. Quare angulus ε, æqualis est angulo ζ. Trianguli namque qui similes existunt, ęquales etiam angulos habent.

Sit nunc propositum speculum α κ γ conuexum, uisus autem reflexionem faciens in δ ipsa recta β κ. Dico quod angulus ε κ θ æqualis est angulo ζ κ λ. Apposui speculum planum

ν μ.

νμ. Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ μκϐ γωνία, τῇ ὑπὸ νκδ. ἀλλὰ καὶ ἡ ὑπὸ γμκ τῇ ὑπὸ ακν. ἐφάπτεται γὰρ ἡ μν. ὅλη ἄρα ἡ ὑπὸ ϐκγ, τῇ ὑπὸ δκα ἴση ἐστίν.

Ἔστω δὴ πάλιν κοῖλον κάτοπτρον τὸ ακγ, ὄψις δὲ ἡ βκ, ἀνακλωμένη ἐπὶ τὸ δ. Λέγω ὅτι ἡ ὑπὸ βκγ γωνία, ἴση ἐστὶ τῇ ὑπὸ δκα. προστεθέντος γὰρ ἐπιπέδου κατόπτρου, ἴση γίγνεται ἡ ὑπὸ ϐκμ γωνία, τῇ ὑπὸ δκν. ἴση δὲ ἡ ὑπὸ γκμ, τῇ ὑπὸ ακν. λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ϐκγ, τῇ ὑπὸ δκα ἴση ἐστίν.


νμ. Quoniã nunc angulus μκβ ęqualis est angulo νκδ, sed & angulus γκμ ęqualis est angulo ακν. Recta enim μν tãgit circũferentiã speculi conuexi. totus igitur angulus βκγ ęqualis est toti angulo δκα.

Rursus sit propositum speculum ακγ concauum, βκ uero sit uisus reflectens ad δ. Dico quod angulus βκγ æqualis est angulo δκα. Si enim apponatur speculum planũ angulus βκμ æqualis erit angulo δκν, sed angulus γκμ æqualis est angulo ακν. Reliquus igitur angulus βκγ, reliquo angulo δκα erit æqualis.

β.

Πρὸς ὁποῖον ἂν τῶν κατόπτρων, προσπίπτῃ ἡ ὄψις, ἴσας ποιοῦσα γωνίας: αὐτὴ δι᾽ ἑαυτῆς ἀνακλασθήσεται.

Ἔστω κάτοπτρον ἐπίπεδον τὸ αγ. ὄμμα δὲ τὸ β. ὄψις δὲ ἡ βκ προσπιπτέτω, ἴσας ποιοῦσα γωνίας τὰς ὑπὸ ακϐ, γκβ. Λέγω ὅτι ἀνακλωμένη ἡ βκ, ἀφ᾽ ἑαυτῆς ἥξει, τουτέστιν ἐπὶ τὸ β. μὴ γάρ. ἀλλ᾽ εἰ δυνατὸν ἡκέτω ἐπὶ τὸ δ.



καὶ ἐπειδὴ αἱ ὄψεις ἐν ἴσαις ἀνακλῶνται γωνίαις, ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ακδ γωνία, τῇ ὑπὸ γκβ. Ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ακβ, τῇ ὑπὸ γκϐ ἴση. καὶ ἡ ὑπὸ ακβ ἄρα γωνία, τῇ ὑπὸ ακδ ἐστὶν ἴση, ἡ μείζων τῇ ἐ-

Secunda.

Visus in qualecũq; genus speculi inciderit: cũ fecerit ęquales angulos, ipse in seipsum reflexu faciet.

Sit speculum planum αγ, oculus autem β, uisus uero βκ incidat, ita ut æquales angulos faciat ακβ, γκβ. Dico quod βκ uisus reflexionem faciens in seipsum, reuertatur, hoc est in β. Hoc nõ fieri dicatur, uerũ si fieri potest, perueniat in δ. Et quoniã uisus in angulis æqualibus reflexionẽ faciunt, angulus ακδ, ęqualis est angulo γκβ, uerum & angulus ακβ, angulo γκβ demonstratus est æqualis esse. angulus igitur ακβ, angulo ακδ est ęqualis, maior

λάσσονι. ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον. ἡ ἄρα βκ ὄψις, ἐφ' ἑαυτῆς ἀνακλασθήσεται. ἡ δὲ αὐτὴ ἀπόδειξις, ἁρμόσει καὶ ἐπὶ τῶν κυρτῶν, καὶ τῶν κοίλων ἐσόπτρων.

γ

Πρὸς ὁποῖον ἂν τῶν ἐσόπτρων, προσπίπτουσα ὄψις ἀνίσους ποιεῖ γωνίας: οὔτε δι' ἑαυτῆς ἀνακλασθήσεται, οὔτε ἐπὶ τῆς ἐλάσσονος γωνίας.

Ἔστω ἐπίπεδον ἔσοπτρον τὸ ακγ, ὄψις δὲ ἡ βκ προσπιπτέτω, μείζονα ποιοῦσα γωνίαν τὴν ὑπὸ ακβ, τῆς ὑπὸ γκβ. Λέγω ὅτι ἡ βκ ἀνακλωμένη, οὔτε αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἀνακλασθήσεται, οὔτε ἐπὶ τῆς ὑπὸ βκγ γωνίας. εἰ μὲν γὰρ ἥξει ἐπὶ τὸ β, ἴση ἔσται ἡ ὑπὸ ακβ γωνία, τῇ ὑπὸ γκβ ἴση, ὅπερ ἄτοπον. ὑπόκειται γὰρ μείζων. Εἰ δὲ διὰ τοῦ δ, ἴση ἔσται ἡ ζ γωνία, τῇ θ. ἔστι δὲ μείζων. Ἡ ἄρα βκ, ἀνακλασθήσεται ἐπὶ τῆς μείζονος γωνίας τῆς ὑπὸ ακβ. Δυνατὸν γὰρ, ἀπὸ τῆς μείζονος τῇ ἐλάσσονι ἴσην ἀφαιρεθῆναι. Ἔστι δὲ ἡ αὐτὴ ἀπόδειξις ἐπὶ τῶν κυρτῶν καὶ κοίλων.

δ


Αἱ ὄψεις ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ἐσόπτρων, καὶ κυρτῶν ἀνακλώμεναι: οὔτε συμπεσοῦνται ἀλλήλαις, οὔτε παράλληλοι ἔσονται.

minori quod est impossibile: quare βκ uisus in se reflectetur. Hæc eadem demonstratio etiam conueniere poterit in speculis conuexis & concauis.

Tertia.

Visus in qualecunq; speculi genus incidat, & angulos faciat inæquales, neq; in se reflectetur, neq; in minorem angulum.

Sit speculum planum ακγ, uisus autem βκ incidat, angulum ακβ maiorem faciens angulo γκβ. Dico quod βκ si reflexionem faciet, neq; ipse in se reflectetur, neque in minorem angulum βκγ. Si enim in β incidat, erit augulus ακβ æqualis angulo γκβ, quod est absurdũ, cum maior in quæstione esse propositum sit. Quod si uero in δ incidere affirmetur, angulus ζ æqualis est angulo θ. uerum & maior est. Quare βκ incidet sua reflexione in angulum maiorem ακβ. Quia à maiore angulo æqualis minori auferri potest angulus. Eadem quoque erit demõstratio in conuexis speculis et cõcauis.




Quarta.

Visus qui in speculis planis & conuexis reflectuntur: neque inter se mutuo concurrent, neq; inter se æque distantes erunt.


Sit

Ἔστω ἐπίπεδον κάτοπτρον τὸ α γ, ὄμμα δὲ τὸ β, ὄψεις δὲ ἀνακλώμεναι αἱ β γ δ, β α ε. Λέγω ὅτι αἱ γ δ, α ε, οὔτε παράλληλοί εἰσιν, οὔτε συμπεσοῦνται ἐπὶ τὰ δ ε. Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν, ἡ μὲν ὑπὸ β γ ζ γωνία, τῇ ὑπὸ δ γ α· ἡ δὲ ὑπὸ β α γ, τῇ ὑπὸ ε α η· μείζων δὲ ἡ ὑπὸ β γ ζ, τῆς ὑπὸ β α γ, διὰ τὸ ἐκτὸς εἶναι τοῦ β α γ τριγώνου. μείζων ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ ὑπὸ δ γ α, τῆς ὑπὸ ε α η. οὐκ ἄρα παράλληλός ἡ γ δ τῇ α ε ἐστιν· οὐδὲ συμπίπτουσιν ἐπὶ τὰ ε δ ἀλλήλαις.



Sit speculum planum αγ, oculus β, uisus reflexũ habentes βγδ, βαε. Dico quod γδ, αε neq; æquedistantes sint, neque concursum mutuũ faciant in δε. Nam cum angulus quidem βγζ æqualis sit angulo δγα, angulus uero βαγ, ęqualis sit angulo αεη, angulus βγζ maior sit angulo βαγ. Quoniam est extra βαγ triangulum. ergo angulus δγα maior etiam est angulo εαη. Quare γδ non est æquedistans αε postea neq; concurrunt in punctis εδ.

Ἔστω δὴ πάλιν κυρτὸν κάτοπτρον τὸ α η γ, ὄμμα δὲ τὸ β, ὄψεις δὲ ἀνακλώμεναι αἱ β ζ δ, β η ε. Λέγω ὅτι αἱ ζ δ ε, η, οὔτε παράλληλοί εἰσιν, οὔτε συμπεσοῦνται ἐπὶ τὰ ε, δ. Ἐπεζεύχθω γὰρ ἡ η ζ εὐθεῖα καὶ ἐκβεβλήσθω ἐφ' ἑκάτερα κατὰ τὰ θ κ σημεῖα. Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ὑπὸ β ζ θ γωνία, τῇ ὑπὸ δ ζ κ· ἡ δὲ ὑπὸ β η θ, τῇ ὑπὸ ε η μ. Διὰ τὸ ἐν ἴσαις ἀνακλᾶσθαι γωνίαις. μείζων δὲ ἡ ὑπὸ β ζ θ γωνία, τῆς ὑπὸ β η θ. ἔσται καὶ ἡ ὑπὸ δ ζ κ μείζων, τῆς ὑπὸ ε η μ. Οὐκ ἄρα συμπεσοῦνται αἱ δ ζ ε η εὐθεῖαι· οὐδὲ παράλληλοί εἰσιν.



Præterea proponatur speculum cõuexum αηγ, oculus sit β, uisus uero reflectentes βζδ, βηε. Dico quod ζδ, εη, neque æquedistantes sint, neq; cõcurrant in punctis εδ. coniungantur pũcta η, ζ, fiatq; linea recta ηζ, quæ extendatur in utramque partẽ ad puncta θκ. Quoniam igitur angulus βζθ angulo δζκ æqualis est, angulus uero βηθ, angulo εημ æqualis, quod in angulis æqualibus reflexionem faciant. uerũ quoniam angulus βζθ angulo βηθ maior est, erit etiã angulus δζκ, maior angulo εηκ. Quare δζ εη rectæ non concurrent, neque ęque distantes erunt.

Ἐν τοῖς κοίλοις ἐνόπτροις, ἐὰν ἢ ἐπὶ τοῦ κέντρου, ἢ ἐπὶ τῆς περιφερείας, ἢ ἐκτὸς τῆς περιφερείας θῇς τὸ ὄμμα, τουτ' ἔστι μεταξὺ τοῦ κέντρου, καὶ τῆς περιφερείας: αἱ ὄψεις ἀνακλώμεναι συμπεσοῦνται.

Ἔστω κοῖλον ἔνοπτρον τὸ α β γ, κέντρον δὲ τὸ β, καὶ κείσθω τὸ ὄμμα ἐπὶ τοῦ β, καὶ προσπιπτέτωσαν ἀπὸ τοῦ β ὄψεις, πρὸς τὴν περιφέρειαν αἱ β α, β γ, β δ. ἴσαι ἄρα εἰσὶν αἱ πρὸς τοῖς σημείοις τοῖς α δ γ γωνίαι. ἡμικυκλίου γάρ εἰσιν. αἱ ἄρα ὄψεις ἀνακλώμεναι, δι' ἑαυτῶν ἀνακλασθήσονται αἱ β α, β γ, β δ. τοῦτο γὰρ δέδεικται. ὥστε συμπεσοῦνται κατὰ τὸ β.

Ἔστω δὲ πάλιν κοῖλον ἔνοπτρον τὸ α γ δ. ὄμμα δὲ τὸ β, κείσθω δὲ ἐπὶ τῆς περιφερείας αὐτοῦ. καὶ ἀπ' αὐτοῦ, προσπιπτέτωσαν ὄψεις αἱ β γ, β α, ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ δ, ε σημεῖα. ἐπεὶ οὖν μεῖζόν ἐστι τὸ α γ β τμῆμα, τοῦ β γ τμήματος: μείζων ἐστὶν ἡ ζ γωνία, τῆς θ γωνίας. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ κ, τῆς η μείζων ἐστίν. αἱ ἄρα ζ, κ, τῶν θ, η μείζους εἰσίν. λοιπὴ ἄρα ἡ λ τῆς μ ἐλάσσων ἐστί. πολλῷ μᾶλλον ἄρα ἡ λ, τῆς ν ἐλάσσων ἐστίν. συμπεσοῦν-

Si in ſpeculis cauis aut ad centrũ, aut ad circumferentiam, aut extra circumferentiam oculum poſueris, hoc eſt inter centrum & circumferentiã ſpeculi caui: uiſus qui refractionem faciunt, concurrent.

Sit ſpeculum concauum αβγ, centrum uero β, et ponatur oculus in β, ab eoque uiſus cadant ad circumferentiam, βα, βγ, βδ. Anguli igitur qui ſunt ad puncta α, δ, γ æquales erunt. Nã ſunt anguli inſemicirculo cõſtituti. Quare uiſus reflectentes in ſe redibunt, nempe βα, βγ, βδ, hoc enim demonſtratum eſt. Quare in puncto β cõcurrent.


Rurſus proponatur concauum ſpeculum αγδ, oculus uero β. ponatur uero in eius circumferentia, & a b eo uiſus fiant βγ, βα, reflexionẽq; faciant ad puncta δ, ε. Quoniã igitur ſegmentum αγβ maius eſt ſegmento βγ: erit etiã angulus ζ, maior angulo θ, iiſdem mediis demonſtrabitur quod angulus κ maior ſit angulo η. Quare ζκ maiores ſunt quam θη. Reliquus igitur λ, minor eſt quam ſit μ: multo magis igitur λ minor eſt quam ν. Quare γδ, αε in puncto

ται ἄρα αἱ γ δ, α ε, κατὰ τὸ ξ. ὁμοίως δὲ δειχθήσεται κἂν ἐκτὸς τῆς περιφερείας πίπτῃ τὸ ὄμμα, ὡς ἐπὶ τοῦ ἑξῆς θεωρήματος.

ϛ

Ἐν τοῖς κοίλοις ἐνόπτροις, ἐὰν ἀνὰ μέσον τοῦ κέντρου, καὶ τῆς περιφερείας θῇς τὸ ὄμμα, ὅτε μὲν συμπεσοῦνται, αἱ ὄψεις ἀνακλώμεναι· ὅτε δὲ οὐ συμπεσοῦνται.

Ἔστω ἔνοπτρον κοῖλον τὸ α γ, κέντρον δὲ αὐτοῦ τὸ δ, ὄμμα δὲ κείσθω τὸ β, μεταξὺ τοῦ κέντρου, καὶ τῆς περιφερείας. ὄψεις δὲ αἱ β α, β γ, ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ η, ζ. καὶ ἐκβεβλήσθωσαν αἱ ὄψεις ἕως τοῦ ἐνόπτρου αἱ α θ, γ κ. ἡ α θ δὴ, τῆς γ κ ἢ μείζων ἐστίν, ἢ ἴση, ἢ ἐλάσσων. εἰ μὲν οὖν ἴση ἐστὶν ἡ α θ ὄψις, τῇ γ κ ὄψει, ἴση δὴ καὶ ἡ α γ θ περιφέρεια, τῇ γ θ κ περιφερείᾳ· ὥστε καὶ ἡ μ γωνία τῇ ξ. αἱ γὰρ τῶν ἴσων περιφερειῶν γωνίαι, ἴσαι εἰσὶν ἀλλήλαις. καὶ αἱ μ λ ἄρα γωνίαι ταῖς ν ξ εἰσὶν ἴσαι, διὰ τὴν ἀνάκλασιν. Καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ ο, τῇ ϖ ἴση ἐστί. μείζων ἄρα ἡ ϙ, τῆς ο. ἐπεὶ γὰρ ἡ ϙ γωνία, τῆς π μείζων ἐστὶ, διὰ τὸ ἐκτὸς εἶναι. ἡ δὲ π, τῇ ο ἴση. καὶ ἡ ϙ ἄρα, τῆς ο μείζων ἐστί. κοινὴ προσκείσθω ἡ ὑπὸ ο ϙ ξ, ὁμοίως γὰρ πρὸ τούτου θεωρήματι ἀποδείκνυται. συμπεσοῦνται ἄρα αἱ γ ζ, α η, ὡς ἐπὶ τὰ




puncto ξ concurrent. Simili modo ac uia demonstrabitur hic cõcursus, etiamsi extra circumferentiam oculus ceciderit, ut in theoremate sequente demonstrabitur.

Sexta.

Si in speculis cauis in medio centri & circumferentiæ colloces oculum: interdũ uisus reflectentes concurrent, interdum non concurrent.

Sit speculum cauum α γ, cẽtrum eius δ, oculus uero ponatur β, inter centrum & circumferentiam. uisus uero sint β α, β γ reflectentes ad η ζ, atque uisus hi extendantur usque ad speculum, & sint α θ, γ κ. Aut igitur α θ maior est quam sit γ κ, aut æqualis ei, aut minor quam γ κ. Quod si uisus α θ æqualis est uisui γ κ, erit quoque α γ θ circũferentia γ θ κ circũferentiæ æqualis. Quare & angulus μ angulo ζ erit æqualis. anguli enim æqualiũ circumferentiarũ sibi æquales sunt. anguli igitur μ, λ propter reflexionẽ angulis ν, ξ æquales erunt. reliquus igitur angulus ο, reliquo ϖ æqualis est. quare angulus ϙ, angulo ο maior erit. Quoniam enim angulus ϙ angulo π maior est: quia est externus. angulus uero ϖ angulo ο est æqualis. Idcirco & ϙ maior est quã sit ο cõmunis additur angulus ο ϙ ξ.

θ, ζ. τὸ δὲ αὐτὸ ἔσται κἂν μείζων ᾖ ἡ αθ ὄψις, τῆς γκ. μείζονες γὰρ ἔσονται αἱ λμ γωνίαι τῶν νξ. ἡ δὲ π, τῆς ο μείζων ἔσται. καὶ ἡ ρ, τῆς ο. ἐὰν δὲ ἡ αθ εὐθεῖα, ἐλάσσων ᾖ τῆς γκ· διὰ τὰ αὐτὰ μείζων ἔσται ἡ ο γωνία, τῆς π. διὸ καὶ ἡ ρ, τῆς π μείζων. οὐδὲν ἄρα κωλύει ἴσην εἶναι τὴν ρ, τῆς ο, ἢ ἐλάσσονα τῆς ο. καὶ μὴ συμπίπτειν τὴν αθ, τῇ γζ. φανερὸν δὲ ὅτι κἂν τε μείζων ᾖ ἡ αθ περιφέρεια, τῆς γκ· κἂν τε ἴση, ἡ σύμπτωσις τῶν ἀνακλάσεων, οὔτε ἐπὶ τῆς περιφερείας τοῦ κύκλου, οὔτε ἐκτὸς γίνεται· ἀλλ' ἐντὸς μόνον.



Postea simili modo id demōstratur ut in praecedenti theoremate demonstratum fuit. Quare γ ζ, α κ concurrunt ad puncta κ, ζ. Idem demonstrabitur siue α θ uisus maior fuerit quam γ κ uisus. Nā anguli λ μ maiores sunt angulis ν ξ, angulus uero π maior erit angulo ο, & angulus ρ igitur angulo ο est maior. si uero minor fuerit α θ quam γ κ. Propter eadē angulus ο maior erit angulo π, angulus autem ρ maior angulo π. Quamobrem nihil impediet ęqualē esse lineam ρ lineae ο, aut minorē ο & rectā α θ non concurrere rectae γ ζ. Manifestum igitur quod siue maior fuerit α θ circūferentia, circumferentię γ κ siue aequalis, concursus reflexionum neque in circumferentia circuli, neque extra fiet, uerum tantummodo intra circumferentiam circuli.




ζ.

Τὰ ὕψη, καὶ τὰ βάθη, ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ἐνόπτρων, ἀντεστραμμένα φαίνεται.

Ἔστω ὕψος μὲν τὸ αε, ἔνοπτρον δὲ ἐπίπεδον τὸ αλ, ὄμμα δὲ τὸ β, ὄψεις δὲ αἱ βγ, βδ, ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ ε, κ. οὐκοῦν ἐκβληθεισῶν

Septima.


Ex speculis planis altitudines & profunditates conuersae apparent.



Sit altitudo α ε, speculum uero planum α λ, oculus uero β, uisus autē β γ β δ ad ε κ reflectentes. Quod si igitur uisus hi secundum lineam rectam incidunt,

τῶν ὄψεων ἐπ' εὐθείας, φαίνεται τὸ μὲν ε τὸ ἄνω, ἐπὶ τοῦ θ κάτω ὄντος, τὸ δὲ κ, κάτω ὂν τοῦ ε, ἐπὶ τοῦ ζ ἄνω ὄντος τοῦ θ. ὥστε ἀντεστραμμένα εἰσὶ τῇ φαντασίᾳ.


Ἔστω πάλιν βάθος μὲν τὸ αε, ἔνοπτρον δὲ ἐπίπεδον τὸ αγ, ὄμμα δὲ τὸ δ. ὄψεις δὲ αἱ δγ, δβ, ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ ε, ζ. οὐκοῦν ἐκβληθεισῶν ὁμοίως τῶν ὄψεων ἐπ' εὐθείας ἐπὶ τὰ θ, κ, φανεῖται τὸ μὲν ε, κάτω ὄν, ἐπὶ τοῦ θ ἄνω ὄντος: τὸ δὲ ζ, ἄνω ὂν τοῦ ε: ἐπὶ τοῦ κ κάτω ὄντος τοῦ θ. τὰ ἄρα ὕψη καὶ τὰ βάθη, ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ἐνόπτρων ἀντεστραμμένα φαίνεται.



η.

Τὰ ὕψη καὶ τὰ βάθη, ἀπὸ τῶν κυρτῶν ἐνόπτρων ἀντεστραμμένα φαίνεται.

Ἔστω ὕψος τὸ αθ, ἔνοπτρον δὲ κυρτὸν τὸ αδγ, ὄψεις δὲ αἱ βγ, βδ, ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ ε θ, δείκνυται δὲ ὅτι οὐ συμπεσοῦνται. τὰ δὲ λοιπὰ ὁμοίως τοῖς ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἀποδεδειγμένοις.



Ἔστω πάλιν βάθος τὸ αθ, ἔνοπτρον

dunt, tum ε supremum punctū apparebit in θ infimo, κ uero quod infra ε est, in ζ, quod supra θ est. Quare opinione atq; apparitione euersa sunt.

Rursus sit profunditas αε, speculum uero planum αγ, oculus etiam δ, uisus uero δγ, δβ, reflectentes ad ε ζ. Quare si similiter uisus protendātur secundum lineam rectam ad puncta θ κ, apparebunt ε quidem infimū apud θ supremum pūctum. ζ uero superius existens ipso ε, apparebit in κ, quod punctū infra θ est. In speculis igitur planis, altitudines & profunditates conuersæ uidentur.


Octaua.

In speculis conuexis altitudines & profunditates cōuersę apparēt.

Sit altitudo αθ, speculum autem cauum αδγ, uisus uero βγ, βδ, reflectentes ad ε θ puncta. demonstratū igitur est quod nō concurrāt. Reliqua huius demonstrationis similia sunt iis quę in planis speculis sunt demonstrata.

Sit rursus profunditas αθ, speculum

δὲ κυρτὸν τὸ αγ, ὄμμα δὲ τὸ β: ὄψεις δὲ ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ ε θ: αἱ βγε, βδθ. Καὶ ἡ ἀπόδειξις προβήσεται ὁμοίως τοῖς ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἀποδεδειγμένοις.



culũ uero cauum αγ, oculus autem β, uisus uero βγε & βδθ reflectentes ad ε,θ puncta. atq; demonstratio similiter progredietur, ut illa quæ in planis habebatur.

θ.

Τὰ πλάγια μήκη ἀπὸ τῶν ἐπιπέδων ἐνόπτρων: ὡς τῇ ἀληθείᾳ ἔχει, οὕτω καὶ φαίνεται.

Ἔστω ὄμμα τὸ β, μῆκος δὲ πλάγιον τὸ δε, ἔνοπτρον δὲ ἐπίπεδον τὸ αγ. οὐκοῦν ἀνακλασθεισῶν τῶν ὄψεων φαίνεται, τὸ μὲν δ, ἐπὶ τὸ α, τὸ δὲ ε, ἐπὶ τὸ γ: καὶ ἔστιν οὕτω τῇ φαντασίᾳ, καθάπερ καὶ τῇ ἀληθείᾳ ἔχει: τὸ μὲν ἐγγίον, ἐγγίον: τὸ δὲ ἀπώτερον, ἀπώτερον.

Nona.

A speculis planis longitudines obliquę, ut reuera existunt, sic etiã esse apparent.

Sit oculus β, longitudo obliqua δε, speculũ planũ αγ. Quare reflectẽtibus uisibus uidetur δ in α, & ε in γ, et sic etiam opinione propius, apparet propius, quẽadmodũ & reuera propius est, longinquius uero opinione uidetur, quod reuera longius distat.


ι.

Τὰ πλάγια μήκη, ἀπὸ τῶν κυρτῶν ἐνόπτρων: καθάπερ ἐστὶν ἀληθῶς, οὕτω καὶ φαίνεται.

Ἔστω πλάγιον μῆκος τὸ εδ, ὄμμα δὲ τὸ β, τὸ δὲ ἔνοπτρον κυρτὸν τὸ αγ, ὄψεις δὲ ἀνακλώμεναι ἐπὶ τὰ ε, δ: αἱ βα, βγ. Καὶ ἡ ἀπόδειξις φα

Decima.

A speculis conuexis, longitudines obliquæ sic apparent, ut reuera per se existunt.



Sit longitudo obliqua εδ, oculus uero β, speculum autem conuexum αγ, uisus βα, βγ reflectentes ad ε δ pũcta. Demonstratio manife


sta

νετρά. ὁμοία γάρ ἐστι, τῇ ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐνόπτροις.

ια.

Τὰ ὕψη καὶ τὰ βάθη ἀπὸ τῶν κοίλων ἐνόπτρων ὅσα μὲν ἐστὶν ἐντὸς τῆς συμπτώσεως τῶν ὄψεων, ἀνεστραμμένα φαίνεται, καθάπερ ἐν τοῖς ἐπιπέδοις καὶ κυρτοῖς ἐνόπτροις. ὅσα δὲ ἐστὶν ἐκτὸς τῆς συμπτώσεως καθάπερ ἐστὶ καὶ φαίνεται.

Ἔστω κοῖλον ἐνόπτρον τὸ αγ, ὄμμα δὲ τὸ β, ὄψεις δὲ ἀνακλώμεναι αἱ βα, βγ. σύμπτωσις δὲ αὐτῶν ἐπὶ τὸ ζ, ὕψη δὲ τό τε δε καὶ τὸ κμ. καὶ τὸ μὲν κν ἐντὸς τῆς ζ συμπτώσεως, τὸ δε ἐκτὸς τῆς συμπτώσεως. οὐκοῦν ἐκβληθεισῶν καθάπερ ἐν τοῖς ἐπιπέδοις καὶ κυρτοῖς ἐνόπτροις τῶν ὄψεων, φαίνεται τὸ μὲν κ, ἐπὶ τοῦ μ, τὸ δὲ ν ἐπὶ τοῦ λ, ὥστε ἀνεστραμμένα φαίνεται. πάλιν ἐπὶ τοῦ ἐκτὸς τῆς συμπτώσεως ὕψους, φαίνεται τὸ μὲν δ ἐπὶ τοῦ ν, τὸ δὲ ε ἐπὶ τοῦ θ, ὥστε ὡς ἔχει οὕτω φαίνεται, καὶ ἐπὶ τῶν βαθῶν ὁμοίως ἡ αὐτὴ ἐστὶν ἀπόδειξις.



ιβ.

Τὰ πλάγια μήκη ἀπὸ τῶν κοίλων ἐνόπτρων ὅσα μὲν ἐντὸς τῆς συμ

sta est: similis enim est demonstrationi quæ in planis proposita fuit.

Vndecima.

Ex speculis cauis quæcunque quidē altitudines & profunditates sunt inter locum in quem uisus incidunt, apparent conuersæ, sicut in speculis planis & conuexis: quæ uero sunt extra incidentiam, quales sunt tales esse apparent.


Sit speculū cauum αγ, oculus uero β, uisus autem reflectentes βα, βγ, incidentię autē locus in puncto ζ. altitudines uero δε, κν. atqui κν intra punctum ζ, incidentię locum occupantem collocetur, δε uero extra incidentiam. Ergo si uisus intuentur speculū, tum quemadmodum in planis & conuexis κ apparebit in puncto μ, ν uero in λ. Quare euersa uidentur. Rursus in altitudine quæ extra incidentiā est δ uidetur in puncto ν, ε uero in θ ita ut appareat eo in loco in quo reuera est. Et in profunditatibus simili modo eadem est demonstratio.

Duodecima.

Longitudines obliquæ quę quidem intra locum in quo uisus inci-

πτώσεως τῶν ὄψεων κεῖται, καθάπερ ὄν, οὕτω καὶ φαίνονται, ὅσα δὲ ἐκτὸς ἀντεστραμμένα.


Ἔστω γὰρ μήκη μὲν πλάγια τὰ ε δ, θ κ, κοῖλον δὲ ἔνοπτρον τὸ α γ, ὄμμα δὲ τὸ β. ὄψεις δὲ ἀνακλώμεναι καὶ συμπίπτουσαι κατὰ τὸ η, αἱ β α δ, β γ ε, καὶ τὸ μὲν θ κ πλάγιον μῆκος ἔσω ἐντὸς τῆς συμπτώσεως τῆς η, τὸ δὲ δ ε, ἐκτός. οὐκοῦν τὸ μὲν θ κ κατὰ φύσιν φαίνεται, καθάπερ ἐν τοῖς ἐπιπέδοις, καὶ κυρτοῖς ἐνόπτροις. φαίνεται γὰρ τὸ μὲν θ, κατὰ τὸ α. τὸ δὲ κ, κατὰ τὸ γ. τὸ δὲ ε δ ἀντεστραμμένον. τὸ μὲν γὰρ δ ἐπὶ τοῦ α φαίνεται, τὸ δὲ ε ἐπὶ τοῦ γ.



ιγ.

Δυνατὸν δὲ διὰ πλειόνων ἐνόπτρων ἐπιπέδων ἰδεῖν τὸ αὐτό.

Ἔστω ὃ δέον ὀφθῆναι τὸ α, ὄμμα δὲ τὸ β, ἔνοπτρα δὲ τρία τὰ γ δ, δ ε, ε ζ. Ἤχθω δὴ κάθετος ἀπὸ τοῦ β, ἐπὶ τὸ γ δ ἔνοπτρον ἡ β ρ, καὶ τῇ β γ ἴση ἔστω ἡ γ σ, καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ α ἐπὶ τὸ ζ ἔνοπτρον, κάθετος ἡ α ζ, καὶ τῇ α ζ ἴση ἔστω, ἡ ζ θ καὶ ἀπὸ τοῦ θ ἐπὶ τὸ δ ε ἔνοπτρον κάθετος ἤχθω ἡ θ κ, καὶ τῇ θ κ ἴση ἔστω ἡ μ λ, καὶ ἀπὸ τοῦ λ ἐπὶ τὸ σ ἐπεζεύχθω ἡ λ μ ξ σ,



dunt collocatæ sunt, quales sunt tales quoque apparent, quæ uero extra, euersæ uidentur.

Sint enim longitudines quidem obliquæ ε δ, θ κ. cauum autem speculum α γ, oculus uero β, uisus autem β α δ, β γ ε reflexi & concidentes in puncto η. & longitudo quidē obliqua θ κ sit intra locum incidentiæ η, δ ε uero extra. Quare naturaliter sicut est, ita & esse quoq; apparet: sicut in planis & conuexis speculis. Nam δ in α apparet, ε autem in γ.

Decimatertia.

Res eadem in pluribus speculis planis uideri potest.

Sit res quæ uidenda est α, oculus uero β. tria autem specula γ δ, δ ε, ε ζ. ducatur igitur perpēdicularis ab ipso β ad γ δ speculū recta β ρ, & huic β ρ sit æqualis ρ β. Rursus ab α ad ζ speculū, perpēdicularis ducatur recta α ζ, et huic æqualis sit ζ θ, & à θ ad δ ε speculū, perpendicularis ducatur θ κ & θ κ, rectę cōstituatur ęqualis μ λ & ab λ,

ad

καὶ δὴ ἀπὸ τοῦ μ ἐπὶ τὸ θ ἡ μθ. ἐπεζεύχθωσαν δὲ καὶ αρ, βξ. Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ βγ τῇ γσ καὶ ὀρθαὶ αἱ πρὸς τὸ γ γωνίαι. δύο δὴ αἱ βγ, γξ ταῖς σγ, γξ ἴσαι εἰσὶν ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ βγξ ὀρθὴ οὖσα, γωνίᾳ τῇ ὑπὸ σγξ ὀρθῇ οὔσῃ ἴση ἐστίν. καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ὑφ᾽ ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν, ἡ μὲν πρὸς τὸ β γωνία τῇ πρὸς τὸ σ, ἡ δὲ φ γωνία τῇ τ. ἀλλ᾽ ἡ τ γωνία τῇ υ ἴση ἐστί, κατὰ κορυφὴν γάρ. ὥστε ἴση ἐστὶ καὶ ἡ υ γωνία τῇ φ. ἡ ἄρα βξ ὄψις ἀνακλασθήσεται ἐπὶ τὸ μ. πάλιν ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ θκ τῇ κλ καὶ ὀρθαὶ αἱ πρὸς τὸ κ γωνίαι ἴση ἐστὶν ἡ ο γωνία τῇ π. ἀνακλᾶται ἄρα ἡ αὐτὴ ὄψις ἡ βξμ ἐπὶ τὸ ρ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἐπὶ τὸ α. διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ὑπὸ ξρα γωνίαν τῇ ὑπὸ ερμ ὁμοίως ταῖς λοιπαῖς ἀποδείξεσιν. ὁρᾷ ἄρα ἡ ἀπὸ τοῦ β ὄμματος ὄψις τὸ α, διὰ τῶν τριῶν ἐνόπτρων ὄντων ἐπιπέδων τῶν γδ, δε, εζ.

ιδ.

Ἔστι δὲ καὶ δι᾽ ὅσων ἄν τις ἐπιτάξειεν ἐνόπτρων ἐπιπέδων ἰδεῖν τὸ αὐτό. δεῖ δὴ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐνόπτρων πολύγωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον συνίστασθαι, δυσὶ πλείους ἔχον πλευρὰς τῶν ἐνόπτρων.


Ἔστω γὰρ ὁ μὲν ὀφθῆναι δέον τὸ α, ὄμ

ad σ coniunganturper lineam rectã, & fiat recta λμ, ζσ. & à puncto μ ad θ, μθ. coniungantur etiam αρ, βξ. Quoniam igitur βγ σ æqualis γσ & anguli ad γ punctum ſunt recti: duo igitur latera βγ, γξ duobus lateribus σγ, γξ ſunt æqualia alterum alteri, & angulus βγξ cum ſit rectus, angulo σγξ recto eſt æqualis. Reliqui igitur anguli reliquis angulis æquales erunt: quos æqualia latera ſubtendunt. angulus ad β, angulo ad σ: angulus ad φ uero, angulo ad τ. Verũ angulus τ, angulo υ eſt ęqualis, nam ſunt ad uerticem. itaq; & υ angulus, φ angulo eſt æqualis. Quare βξ uiſus, reflexũ faciet ad μ. Rurſus, quoniam θκ, æqualis eſt κλ: & anguli ad κ ſunt recti: angulus ο, ęqualis eſt angulo π. Idẽ uiſus ergo βξμ, reflexũ faciet ad ρ. His iiſdẽ mediis demonſtratur reflexũ facere ad α. Quia angulus ζρα, angulo ερμ eſt æqualis: quemadmodũ in reliquis demonſtratũ eſt demõſtrationibus. uiſus ergo oculi β uidet α per tria ſpecula γδ, δε, εζ plana.

Decimaquarta.

Res eadem uideri poteſt per ſpecula plana, quotquot aliquis uoluerit. ſed pro numero ſpeculorum figura plana multorum angulorum, quę & latera & angulos ęquales habeat, conſtituenda eſt: numerum ſpeculorũ duobus lateribus excedens.

Sit enim res quę uidẽda eſt α, ocu



μα δὲ τὸ β, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ αβ, καὶ ἀναγεγράφθω ἀπὸ τῆς αβ, πολύγωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον δύο πλευρὰς πλείους ἔχον τῶν ἐπιταχθέντων ἐνόπτρων τὸ αβγδε. καὶ εἰλήφθω τὸ κέντρον τοῦ κύκλου τοῦ περὶ τὸ αβγδε πολύγωνον περιγραφομένου· καὶ ἔστω τὸ θ, καὶ ἀπὸ τοῦ θ κέντρου πρὸς τὰς τοῦ αβγδε πολυγώνου γωνίας, ἐπεζεύχθωσαν αἱ θα, θβ, θγ, θδ, θε, καὶ προσκείσθωσαν ἔνοπτρα ἐπίπεδα πρὸς ὀρθὰς ταῖς θγ, θδ, θε. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ζλ γωνία, τῇ κν. ὀρθὴ γάρ ἐστιν ἑκατέρα ὧν ἡ γ, τῇ λ ἴση ἐστί. λοιπὴ ἄρα ἡ ζ, τῇ κ ἴση ἐστίν, ὥστε ἡ ἀνάκλασις τῆς βγ ὄψεως, ἐπὶ τὸ δ ἔσται. διὰ γὰρ ἴσων γωνιῶν, αἱ ἀνακλάσεις γίνονται. ὁμοίως δὲ δειχθήσονται καὶ αἱ πρὸς τοῖς δ, ε σημείοις γωνίαι, ἴσαι ταῖς πρὸς τοῖς ἐνόπτροις. ἡ ἄρα ἀπὸ τοῦ β ὄψις ἀνακλωμένη, καὶ προσπίπτουσα πρὸς πάντα τὰ ἔνοπτρα, ἥξει ἐπὶ τὸ α.

ιε.

Ἔστι δὲ καὶ διὰ κυρτῶν ἢ κοίλων ἐνόπτρων, ἰδεῖν τὸ αὐτό.

Ἔστω γὰρ ὃ δεῖ ἰδεῖν τὸ α, ὄμμα δὲ τὸ β, καὶ ἀναγεγράφθω ὁμοίως πολύ

lus uero β, coniungantur per lineã rectam puncta α, β: à data recta α β describatur figura polygona, habens æqualia latera & æquales angulos, duobus lateribus excedens numerũ speculorum propositorũ: & sit αβγδε, atque sumatur centrũ circuli, qui polygono αβγδε circunscribitur: & sit θ punctum. & à centro θ, ad angulos polygoni αβγδε coniungantur per lineas rectas puncta γ, δ, ε: & fiãt lineæ rectæ θβ, θγ, θδ, θε. Præterea specula plana ad angulos rectos his rectis θγ, θδ, θε conficiantur. Quoniã igitur angulus ζλ, angulo κν est æqualis, uterq; enim est rectus, sed & ν angulus, æqualis est angulo λ. Reliquus ergo angulus ζ, æqualis est reliquo angulo κ. Quare reflexio uisus γβ, ad δ erit. fiunt enim per æquales angulos hæ reflexiones. Simili ratione demõstrabuntur anguli ad puncta δ, ε, equales angulis qui sunt ad specula. Visus ergo reflexionem mittẽs a β oculo, & incidens in omnia specula data, perueniet ad α.

Decimaquinta.

Res eadem quoq; per specula cõuexa atq; concaua uideri potest.

Sit enim α res quæ uidenda est, oculus uero β, atq; similiter describatur

γωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον, τὸ αβγδε, καὶ πρὸς τοῖς γ, δ, ε σημείοις, ἔστω ἔνοπτρα ἐπίπεδα, δι' ὧν ὁρᾶται τὸ α, καθάπερ δέδεικται. καὶ προσκείσθω τούτοις, κοῖλα ἢ κυρτὰ ἔνοπτρα κατὰ τὰς ἁφὰς τῶν ὄψεων. οὐκοῦν ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ζ, τῇ θ, ἡ δὲ κ, τῇ λ. ὅλη ἄρα ἡ κζ, ὅλῃ τῇ λθ ἴση ἐστίν. ἀνακλασθήσεται ἄρα ἡ ὄψις ἀπὸ τοῦ κυρτοῦ ἐνόπτρου τοῦ γ, ἐπὶ τὸ δ. καὶ ἀπὸ τοῦ δ, ἐπὶ τὸ ε, καὶ ἀπὸ τοῦ ε, ἐπὶ τὸ α. φανερὸν οὖν ὅτι κυρτῶν ἢ κοίλων ὄντων ἁπάντων, ἢ ἀναμεμιγμένων, ἔστιν ἰδεῖν τὸ αὐτό.

batur polygonũ æqualiũ laterũ & angulorũ α β γ δ ε, et ad puncta γ, δ, ε, ſint ſpecula plana, in quibus uideatur α. ut demonſtratum eſt, his uero adiungantur ſpecula aut cõnuexa, aut concaua in contactu uiſuum. Itaque ζ æqualis eſt θ, κ autem λ, tota igitur κ ζ, toti λ θ æqualis eſt. Viſus ergo reflectetur à ſpeculo conuexo γ, ad δ punctũ: & à δ, ad ε: & ab ε, ad α. Manifeſtum igitur quod res eadem, uideri poſſit: ſiue omnia ſpecula ſint cõuexa, ſiue concaua, ſiue uero mixta.

ις.

Ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐνόπτροις, ἕκαστον τῶν ὁρωμένων, κατὰ τὴν ἀπὸ τοῦ ὁρωμένου κάθετον ὁρᾶται.

Ἔστω ἔνοπτρον ἐπίπεδον τὸ γδ, ὄμμα δὲ τὸ β, ὁρώμενον δὲ τὸ α. καὶ ἔστω κάθετος ἡ ἀπὸ τοῦ ὁρωμένου ἐπὶ τὸ ἔνοπτρον ἡ αγ. οὐκοῦν ἐπεὶ ὑπόκειται ἐν τοῖς ὅροις ὅτι καταληφθέντος τοῦ τόπου τοῦ γ, οὐχ ὁρᾶται τὸ α. ὀφθήσεται ἄρα ἐπ' εὐθείας τῇ δγ. ἀλλὰ δὲ καὶ ἐπ' εὐθείας τῇ β α ὄψει κα



Decimaſexta.

